



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Francisci Svarez, Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Conimbricensi Academia Olim
Primarij Theologiae Professoris emeriti, Opvs De Triplici
Virtute Theologica, Fide, Spe, Et ...**

Suárez, Francisco

Mogvntiae, 1622

Sect. 1. An bellum sit intrinsecè malum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93448](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93448)

cludit etiam malitiam schismatis, manifestum est esse maius, sicut totum est maius sua parte: omnia vero intelliguntur ex genere: nam ex circumstantiis sepe schisma potest superare heresim, quia potest afferre maiora damna: quapropter hæc peccata sepe æquiparantur a Patribus, & multa habentur in decretis 24. quæst. 2. Vide potest Turrecremata lib. 4. cap. 5. & 6. Castro de iusta punit. lib. 1. cap. 2. Ioan. Louinianus in nupero Opusculo de schismate cap. 3.

Grassante
schismate
quid agendum

11. Quid vero faciendum sit tempore schismatis agitare Turrecr. in cap. 14. Et nonnihil Gaetan. hic, & in summa verbo *schisma*. Sed breuiter dico, si sit aliquis certus Papa, de quo prudenter dubitari non possit, illi est ad hærendum, & qui alij faciunt, sunt schismatici. Si vero Papa sit dubius, ita ut non possit prudenter cognosci, nulli est ad hærendum, quia re vera nullus eorum habet ius verum in Ecclesia acquisitum. Quapropter si contrarium fiat, schisma fouetur, & hæc etiam ex parte peccari potest hoc peccato. Addendum vero est, plebem satisfacere sequendo suos Pastores, & Doctores Catholicos, quando aliter non potest eis constare veritas.

SECTIO II.

Quæ sint pœna schismaticorum.

1. Conclusio
De his panis
Farinac tra-
ctat, de hære-
si q. 124. an.
87.

Dico primo. Schismaticos esse ipso facto excommunicatos, sicut in Bulla Cœnæ. quævis de iure cõmunis non adeo clara. Nam in Cap. *De legibus*, 23. quæst. 9. solum dicitur esse excommunicandos, sed in Cap. *Licet*, extra de electione, excommunicantur ipso iure schismatici, spec. aliter in electione Pontificis. Et in cap. primo extra de schismaticis, fertur etiam excommunicatio ipso iure: sed videtur loqui de schismaticis hæreticis, tamen in Cap. *Nulli*, distinct. decimanona, videtur fieri generaliter excommunicatio contra omnes. In Cap. etiam *In nomine Domini*, 23. distinct. Additur de positionis pœna scil. imponenda, non enim incurritur ipso iure.

2. Conclusio.

Dico secundo: puniri possunt schismatici omnibus fere pœnis hæreticorum, atque adeo reges priuari regnis, &c. Tamen de facto nullam pœnam incurrunr ante condemnationem: neque Principes schismatici, si hæretici nõ sunt priuantur sua iurisdictione, donec condēnentur, quia nulla est talis pœna lata contra ipsos: nam omnia iura continentia hæc pœnas loquuntur de hæreticis, & hæc est cõmunis sententia, est Panorm. & alij in Cap. *Cum non ab homine*, de iudicijs senserint contrarium.

3. Dico tertio. Schismatici ita sunt priuari spirituali potestate sicut hæretici: unde potestate ordinis non priuantur, & stando in iure diuino, neque potestate iurisdictionis, aut beneficijs Ecclesiasticis, vt à fortiori patet de pœnis hæreticorum: tamen ipso iure, de iure positio, priuantur dignitatibus, beneficijs, atque adeo bonis Ecclesiasticis in dicto Cap. *Nulli*, distinct. 19. & hoc modo dicit Glossa Cap. 1. de schismat. *Ecclesiam, quæ habet Episcopum hæreticum, aut schismaticum vacare intelligitur*, quod dictum Turrecremata libro secundo, cap. 102. extendit ad summum Pontificem, sed quicquid sit de Papa hæretico, de quo alias dixi: tamen de pure schismatico, id omnino est falsum: quia extra casum heresis nullus vnquam dixit ipso iure diuino Papam priuari sua dignitate, imo, & in casu heresis illud falsum est: iure autem humano priuari non potest extra eum casum, vt ipsemet latet docet libro secundo, cap. 93. & in materia de fide ostenditur: quare certum sit, Papam, nullam ex dictis pœnis incurere, quia neque ipse se potest excommunicare, neque Ecclesia potest illum punire, quamvis iure defensionis possit illius conatibus resistere, vt latet Turrecr. cap. 102. &

Vide in tract.
de fide disp.
10 sect. 6

Ca. et. de auctoritate Papæ, & Cano cap. 12. & Castro lib. 2. de punctione hæreticor. cap. 2.

DISPUTATIO XIII.

De Bello.

BELLUM A exteriori, quæ exteriori parti repugnat, tunc proprie bellum dicitur quando est inter duos Principes, vel duas Respublicas: quando vero est inter Principem, & suam Rempublicam, vel inter ciues, & Rempublicam, dicitur seditio: quando inter priuatas personas, vocatur rixa, vel duellum: inter quæ materialis magis, quàm formalis differentia esse videtur, atq. de his omnibus dicemus de quibus D. Tho. 2. 2. q. 40. 41. & 42. & alij infra referendi.

SECTIO I.

Verum bellum sit intrinsece malum.

Prima heresis affirmat esse intrinsece malum, & contra charitatem, bellare. Ita tribuit Machiæ August. 22. c. 74. quos secutus est Vicioph. teste Valdense de Sacramentalib. tit. vi. cap. penult. Secundus error, Bellum peculiariter esse prohibitum Christianis, & præcipue contra Christianos, ita refert Echius in Enchyridio cap. 22. & idem alij hæretici nostri temporis contendunt, distinguendo tamen duplex bellum, defensiuum, & aggressiuum, quæ membra nũ. exponemus: sequentes conclusiones rem explicabunt.

1. Prima sit. Bellum simpliciter nec est intrinsece malum, nec Christi anis prohibitum. Est de fide atq. expressa in Scriptura, in veteri namq. testamento laudantur bella facta a sanctissimis viris, Genes. 14. *Benedictus Abraham, & benedictus Deus, quo, protegente, hostes in manibus suis sunt.* Idem legitur de Moyse, Iosue, Samone, Gedeone, Dauide, Machabæis, & alijs quibus sæpe iusserat Deus inferre bellum hostibus Hebræorum, & Paulus ad Hebræos vndeimo, dicit Sanctos in fide vicisse regna: idem contra tur alij testimonia. Patrum apud Gratianum 23. quæst. 1. & 2. item Ambrosius in libro de Officiis per varia capita Obijciens vero primo, Dominum dixisse Dauidi, *Non edificabis mihi templum, quia vir sanguinum es.* Secundo, quia Christus Petro dixit Ioan. 18. *Mitte gladium: enim in vaginam, &c.* Ita 2. *Constatum gladios in vomeres, & non exercebuntur ultra ad prælium, & cap. vndeimo. Non nocuerunt, & non occiderunt in mente sancto loquitur autem Propheta de tempore aduentus Messie, quo maxime, quid licitum sit aut non sit, exploratum esset futurum. Tertio, in Concilio Nicæno cap. 11. imponitur pœna Christianis, qui Leo Papa post acceptam fidem militie sese ascribunt, & Leo Papa epist. 92. ait prohibitum esse bellum Christianis post solennem penitentiam. Quarto, bellum moraliter affert secum infinita peccata: illud autem opus per se confertur malum, & prohibitum, quod moraliter semper habet coniunctas indebitas circumstantias, & damna proximorum. Ad hæc, bellum est contra pacem, & dilectionem inimicorum, & iniuriarum remissionem.*

3. Respondetur. Ad primum, id dici propter iniustum homicidium Vriæ. Item propter maiorem templi reuerentiam. Ad 2. dices: Christum Dominum loqui de illo, qui auctoritate priuata vult gladiari, & præcipue contra Principis voluntatem. Verba autem Isaia, præcipue in cap. 11. refert solent ad statum gloriz. Secundo dicitur, fuisse significatam pacem futuram in aduentu Messie, vt exponit ibi Hieron. & Euseb. lib. 1. de Demonstr. cap. 1. & alij Patres. Vel certe significatur ab Isaia spirituale bellum Apostolorum, & Prædicatorum Evangelij: qui non materiali gladio, sed spirituali mundum vice-

Bellum dicitur
iure dictum
multiplex.

Contra hæ-
reticos citant
alii ad 2. q. 42.
collect. 13. 1.
part. 1. Conclusio
negandæ
fide.

Obijciunt
ex Paul. ad
Hebræos 1.
ex Num. 31.
ita 2. q. 42.

Continuat

Ad 1. b. b. b.

Ad 2.

Continuat

runt: ita Iustin. Apolog. 2. pro Christianis, & alij. Iam verò Concilium Nicenum specialiter loquitur de iis Christianis, qui signum infidelium militum, quod deposuerant, iterum assumerent. Et Leo Papa, vt Gloss. explicat Cap. Si quis & Cap. contrarium de penitentia dist. 5. de his agit, qui post publicam penitentiam iniunctam reuertebantur ad bellum, ante illam expletam. Dico etiam initio Ecclesie expellere potuisse, prohibere etiam, qui conuertebantur ad fidem, ne statim ad malitiam irent, cum infidelibus, & sub infidelibus ducibus. Ad rationem respondet August. 19. de Ciuit. cap. vltimo bene probare, bellum, quoad fieri possit, esse vitandum, & solum in necessitate extremam, quando nullum aliud medium superest, tentandum: non verò esse prorsus malum, quia quod ex eo sequatur malum, per accidens est, & maiora sequerentur, si numquam liceret. Vnde ad confirmationem negatur, bellum esse contrarium honestæ paci, sed inique: est enim potius medium ad veram, & tutam pacem obtinendam. Similiter non est contra inimicorum dilectionem: Nam qui honestè bellum gerit, non odit personas, sed opera, quæ iuste punit: & idem est de remissione iniuriarum, præcipue, quia hæc non est omnino in præcepto, nam vindicta, via legitimæ, potest interdum peti ab ipsa iniuria.

4. Dico secundò. Bellum defensiuum non solum est licitum, sed interdum etiam præceptum. Prior pars sequitur ex prima conclusione, quam etiam citati Doctores admittunt, & habet locum non solum in publicis Magistratibus, sed etiam in priuatis personis: nam vim vi repellere, omnia iura permittunt, Cap. Si vero extra de sententia excommunicationis. Ratio est, quia ius propriæ defensionis est naturale, & necessarium. Vnde facile ostenditur pars secunda. Nam propria defensio interdum esse potest in præcepto, saltem ex ordine charitatis, vt dictum est, disputatione 9. item defensio Reipublicæ, præcipue si ex officio incumbat. Vnde Ambrosius 1. de offic. cap. 7. Oppones. Nam ad Romanos 12. dicitur. Non vos defendentes charissimi, cui consonat, illud Matth. 5. Si quis te percussit in dexteram maxillam, præbe & alteram. Respondetur, in priori loco sermonem esse de vindicta: vnde alia lectio habet. Non vos vindicantes: & Græcum verbum *ἐκδικεῖς* vtrumque significat, patet tamen sensus ex sequentibus; Scriptum est enim, Abi iudicam, &c. Idem est sensus secundi testimonij, si de præcepto intelligatur; quanuis etiam possit intelligi, vt August. tomo quarto, libro de mendacio cap. 15. & abbi exponit, de animi præparatione, vtique quando id fuerit necessarium, nam aliàs tantum est consilium.

5. Dico tertio. Bellum, etiam aggressiuum non est per se malum, sed potest esse honestum, & necessarium. Constat ex testimonijs Scripturæ superius allatis: quæ indifferenter loquuntur. Idem constat ex vñ Ecclesie à Patribus, & Pontificibus sæpè approbato, prout omnia late congerit Rossensis artic. 4. contra Lutherum: Videri potest Turco. 23. quæstione 1. num. 1. & 2. & multa alia videri possunt 13. quæst. 8. à cap. 7. Ratio est, quia tale bellum sæpè est Reipublicæ necessarium ad propulsandas iniurias, & coercendos hostes: neq. aliter possent Reipublicæ in pace conservari. Est ergo hoc iure naturæ licitum, atq. adeo etiam lege Euangelica, quæ in nulla re derogat iuri naturali, neque habet noua præcepta diuina, præter quàm fidei, & Sacramentorum. Quod verò Lutherus quàm fidei, & Sacramentorum. Quod verò Lutherus quàm fidei, & Sacramentorum. Quod verò Lutherus quàm fidei, & Sacramentorum.

6. Superest exponamus quod bellum sit aggressiuum, quod verò defensiuum: interdum enim in apparentia videri potest aggressio, quæ tantum est

defensio. Nam si hostes, verbigratia, occupent domos, vel res aliorum: alij vero eos innuant, non aggressio est, sed defensio. Quo modo leges ciuiles dicentes, si quis velit me expellere à possessione, licere vim vi repellere, etiam in conscientia, veræ sunt, vt in leg. 1. Cod. vnde vi, & leg. 1. & 3. ff. de vi, & vi armata. Quia illa non est aggressio, sed defensio, quam etiam licet aggredi propria autoritate, atque extendunt hæc iura ad eum, qui cum esset absens, deiectus est à possessione, quam vocant naturalem, reuertensque impeditur ne illam recuperet. Decernunt quippe, spoliatum posse armis rem aggredi, etiam propria autoritate, quia illa non est verè aggressio, sed defensio possessionis ciuilis, habetur in cap. Solum extra, de restitutione spoliatorum. Quocirca notandum est, an iniuria sit in fieri moraliter, an facta iam sit, & per bellum satisfactio intendatur. Quando se habet hoc secundum modo, bellum est aggressiuum. Primum modo, habet rationem defensionis, dummodo fiat cum moderamine inculpæ tutelæ. Existimatur autem iniuria esse in fieri, quando vel re vera ipsa actio iniuriosa est in fieri, physice etiam loquendo, vt quando homo non est omnino deiectus à possessione suæ iure: vel deiectus quidem est, tamen in continenti, id est sine notabili mora, procurat se tueri ac restituere. Cuius ratio est, quia quando aliquis est moraliter in actuali resistentia, & conatur, quoad potest, suum ius tueri, non censetur simpliciter passus iniuriam, nec deiectus à sua possessione. Ita exponunt communiter Doctores Syluest. Verbo Bellum 2. Bartol. & Iurista in dicta lege 3. §. Cum igitur si de vi, & vi armata.

7. Dico quartò. Vt bellum honestè fiat, nonnullæ conditiones sunt obseruandæ, quæ ad tria capita reuocantur. Primum, vt sit à legitima potestate. Secundum, vt iusta causa, & titulus. Tertium, vt seruetur debitus modus, & æqualitas in illius initio, prosecutione, & victoria, quæ omnia patebunt ex sequentibus sectionibus. Ratio verò conclusionis generalis est, quia licet bellum per se non sit malum, tamen propter multa incommoda, quæ secum affert, ex iis negotijs est, quæ sæpè male fiunt. Et ideo etiam multis indiget circumstantijs, vt honestetur.

SECTIO II.

Apud quem sit legitima potestas in dicendi bellum.

1. Quesitio est de bello aggressiuo: nam potestas se defendendi ab iniusto inuasore, penes omnes datur. Dico primò. Supremus princeps, qui superiorem in temporalibus non habet, vel reipublica, quæ similem iurisdictionem apud se retinuit, habet iure naturæ potestatem legitimam indicendi bellum. Ita D. Thom. 2. 2. quæst. 40. artic. 1. probaturq. ab omnibus. Vide Couarr. regula peccatorum 2. p. §. 9. pleriq. iura, & Doctores etiam Theologos adducit. Ratio est, primò, quia hoc bellum, vt ostendimus, interdum licet iure naturæ: ergo oportet potestatem illud indicendi esse apud aliquem: ergo maximè apud habentem supremam potestatem: nam ad eum maximè spectat tueri reipublicam, imperareque inferioribus Principibus. Secundò quia potestas indicendi bellum est quædam potestas iurisdictionis, cuius actus pertinet ad iustitiam vindicatiuam, quæ maximè necessaria est in reipublica ad coercendum malefactorum, vnde sicut supremus Princeps potest punire sibi subditos, quando alius nocent, ita potest se vindicare de alio Principe, vel reipublica, quæ ratione delicti ei subditur, hæc autem vindicta non potest per ab alio iudice, quia Princeps, de quo loquimur, non